



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 107. Plures Calvinistæ a S. Francisco Salesio ad veram fidem
controversi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

que in rem suas triremes milite, sclo-
 pis, ignitis jaculis variisque nitrati
 pulveris machinis instrui, atque in ima
 nave abscondi, earumque superficiem,
 ut hostem falleret, sale contegi iussit:
 Igitur hæc triremes cum Navarchi nave
 aliisque Anglicis triremibus Algeriam
 contendunt, moxque Equites Etrusci,
 qui Hollandicos Mercatores simulabant,
 ex improvise quasdam Turcicas naves
 adoriuntur, ejaculatisque ignibus exu-
 runt, ceteras absdubio combusturi, nisi
 Judæorum perfidia res detecta fuisset:
 unde reliqua classis Liburnum relegere
 compulsæ haud aliud audacis conatus
 sui emolumentum retulit, nisi quod to-
 ta illa æstate Africani prædones pirati-
 cam agere haud potuerint.

Sæc. XVII.
 A. C. 1604.

§. CVII.

*Plures Calvinistæ a S. Francisco Sa-
 lesio ad veram fidem conversi.*

Uberiori animarum proventu S. Fran-
 ciscus Salesius Genevensis Episco-
 pus in Sabaudia & præcipue Tononi,
 ubi Pontificia Sedes Geneva transfere-
 batur, hæreticos sacrorum dogmatum
 veritate imbuere satagebat: Præter-
 quam enim, quod quemdam Calviniani
 Verbi Præconem, necnon Davalium
 Virum Nobilem ac præter alios quam-
 Hh 2 plu-

Maupas vit.
 S. Franc.
 Sales. p. 2.
 cap. 6.
 Sleid. cont.
 lib. 10.

Sæc. XVII. plurimos etiam Tononensem Syndicum
 A. C. 1604. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituerit,

insuper hoc anno duos cives Lausanenses Claudium Buccardum & Petrum Gilletum Calvinianæ sectæ ferme immortuos ad veræ fidei vitam revocabat, qui etiam ex omni vicina Regione accitis, inspectantibusque populi suam hæresin in Tononensi Templo exorabant his verbis: *Nos sincere in mysteriis fidei Catholicæ & Apostolicæ, publice in Numinis, & spectantium conspectu hæreses omnes, Calvinianam præcipue ejuramus, damnamus, devovemusque, qua fascinati olim fuimus, quæque ceterorum caput est, interque eas, quibus scilicet blasphemias, Missam propitiatoriam, sacrificium, Christi Corpus verum, in Synaxi inficiatur, mortalesque sola fide vos fieri affirmat, at nos hac pravitate & tandiu imbuti, delusique, postquam vera lux nobis affulsit, Romanæ Ecclesiæ nunc adoptati filii, ut veluti membra capiti nostro cohæreamus, in posterum Sedi Apostolicæ obnoxii devinctique ore confitemur & corde credimus universa & singula, Christianis ex Synodi Tridentinæ decretis credenda sanxit: postea singula profiteentes fidei capita Dei opem implorabant. His postea Sanctus Episcopus his verbis bene precabatur: *Gratias agamus Domino Deo meo per Jesum Christum**

omnibus vobis, quia fides vestra annuntia- **Sæc. XVII.**
 tur in universo mundo. Sequenti demum **A. C. 1604.**
 anno idem Præsul Ministros Calvinistas
 ad publicam disputationem Anecii pro-
 vocabat, qui tamen moras alias ex aliis
 neccentes certamen declinabant.

§. CVIII.

*Octodecim Cardinales a Clemente VIII.
 creati.*

Hoc anno Clemens VIII. die nona Ju- **Ciacon. in**
 nii in Basilica Sancti Petri octo- **vita Clem.**
 decim creabat Cardinales, quorum pri- **VIII. p.345.**
 mus erat Seraphinus Olivarius Razalius
 natione Gallus, patria Lugdunensis pri-
 mum Auditor Rotæ ac demum ex Pa-
 triarcha Alexandrino Presbyter Car-
 dinalis tit. S. Salvatoris in Lauro. II.
 Dominicus Ginnasius patria Romanus
 Sipontinus Archipræsul, necnon Papæ
 Legatus apud Hispanos, atque ex Epi-
 scopo Ostiensi Cardinalis, qui sæpius
 Ecclesiæ suæ titulum mutabat. III.
 Antonius Zapata Cisneros natione Hi-
 spanus Pampilonensis Episcopus, postea
 Burgensis Archipræsul, ac demum Pres-
 byter Cardinalis tit. S. Crucis in Jeru-
 salem, & postremo S. Balbinæ. IV.
 Philippus Spinellus patria Neapolita-
 nus Archiepiscopus Colossensis ac Pres-
 byter Cardinalis tit. S. Bartholomæi in

Hh 3

Insula.